

mansos quatuor, et curiam plebani cum quodam orto in antiquo oppido assignavit. Unde nos prefate parrochie in dote premissa pacem auctoritate dei omnipotentis et nostra fir-
mantes, in munimentum ejus presentem paginam conscribi et sigilli nostri impressione
mandavimus roborari. Dedicavimus autem ipsam ecclesiam xiv. kalendas junii anno domini
MCCXXV., pontificatus nostri XVII. Hujus rei testes sunt Nicolaus prepositus, Johannes 5
scolasticus Budsinensis, Hugo de Kamenz, Cunradus de Bischofesheim, Gotfridus de
Gerlacesdorf, Heinricus de Polseniz, Theodoricus de Nuenkirchen, Berwardus de Ozech,
plebani, Johannes sancte Afre canonicus, Bernardus de Polsniz, Reynardus de Strele,
Merboto supan, Everhardus de Wilcohw, Henricus de Crostiz, Petrus de Pratiz, Her-
mannus de Plasiz, Grabis de Zransin, layci.